

dius est <sup>τῆς ἀνάγκης</sup> strenu<sup>9</sup> dissimulator:  
 is est in homine pudor, vt sic dicā, ru-  
 sticus. Commēdarem illum tibi, si non  
 esset, vt autumo tibi q̄ mihi familia-  
 rior: etsi is ego essem apud te, vt alios  
 commēdare possem. Sed certē pro tua  
 in illum beneuolentia satis fuerit te  
 hac de re esse à me summonitum. Nā  
 ab illo nunquam esset factum, nisi me  
 mea de illius ingenio fallit opinio. Atq;  
 eò feci libentius ac promptius quod ex  
 titulo quorundam tuorū operum elee-  
 mosynis te Regiis esse præfectū intel-  
 lexi. Itaque voluntati istī tuæ proli-  
 lixæ paulo plus est additum ad bene-  
 faciendum facultatis. Vale.

Io. Lod. Viues Filiis Ioannis  
 Valteri S.

**P**RO amicitia, quam mihi cum pa-  
 tre vestro omni virtutum gene-  
 re ornatissimo nostis intercedere, in fi-  
 liorum vos loco vt habeam, conuenit.

E Nec

*Haraloria ad*

*novos Sen,*

*Demicos*

*Isocrates ad*

*Quamuis.*